

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Anima p  
cum fonte primo

Paupertate, mansuetudine, fletu renouatur  
in anima similitudo quedam et ymago  
eternitatis omnia tempora complectens,  
dum paupertate futura meretur,  
mansuetudine sibi presencia uendicat,  
luctu penitencie preterita quoque recuperat.

Bernardus super Cantica.

Nam

paupertate, mansuetudine, fletu renouatur  
in anima similitudo quedam et imago  
aeternitatis omnia tempora complectentis,  
dum paupertate futura meretur,  
mansuetudine sibi praesentia vindicat,  
luctu paenitentiae praeterita quoque recuperat,  
sicut scriptum est: RECOGITABO TIBI OMNES  
ANNOS MEOS IN AMARITUDINE ANIMAE MEAE.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in festiuitate omnium sanctorum*, 1.14 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.340, ll.9-14).